

De fama doctae puellae

Erat in ipsa civitate Parisiensi adolescentula quaedam, nomine Heloissa, neptis canonici cujusdam qui Fulbertus vocabatur, qui eam, quanto amplius diligebat, tanto diligentius in omnem quam poterat scientiam literarum promoveri studuerat. Quae, cum per faciem non esset infima, per abundantiam literarum erat suprema. Nam quo bonum hoc, literatoriae scilicet scientiae, in mulieribus est rarius, eo amplius puellam commendabat, et in toto regno nominatissimam fecerat.

quidam, quaedam, quoddam [*pronom ou adjectif indéfini*] : *un, des, un certain, quelque etc.*

Quanto doctior est ille vir, tanto modestior. – *Cet homme est d'autant plus modeste qu'il est plus savant.* (quanto + *comparatif...* tanto + *comparatif...* ; quo + *comparatif...*, eo + *comparatif...*)

diligo, -is, -ere, dilexi, dilectum : *avoir de l'affection pour, aimer, chérir*

promoveor, -eris, -eri, promotus sum (facilis intuitu).

amplius = magis

De amante crudeliter castigato

Unde vehementer indignati [avunculus et consanguinei Heloisae] et adversum me conjurati, nocte quadam, quiescentem me atque dormientem in secreta hospitii mei camera, quodam mihi serviente per pecuniam corrupto, crudelissima et pudentissima ultione punierunt, et quam summa admiratione mundus exceperat : eis videlicet corporis mei partibus amputatis, quibus id quod plangebant commiseram. Quibus mox in fugam conversis duo, qui comprehendi potuerunt, oculis et genitalibus privati sunt.

ultio, -onis, f. : *la vengeance*

pudens, -entis : *embarrassant, délicat, honteux.* pudor, -oris, m. : *honte, pudeur.*

videlicet = evidenter

camera, -ae, f. : *chambre, cellule.*

plango, -is, -ere, planxi, planctum : *plaindre, déplorer, se lamenter sur*

mox : *bientôt*